

ara, sed ab arrha dicitur; unde (ut ait Scaliger ad Festum,) meius arrhilator; est enim qui emturiens data arrha postulat sibi credi. Christian. Bezman. de Orig. Ling. Latin. voce Arilator.

CAPUT II.

De

Definitione Rei.

X.

Absoluta nominis explicatione, quæ merito præcedere debuit, arg. l. 1. de I. & I. Mozz. de contract. art. 1. n. 1. ad ipsius Rei tractationem progredimur; ubi in limine statim solvenda erit quæstio illustris & præjudicialis: **An Arrha sive Arrhæ datio sit Contractus?** Hoc affirmat gl. ad l. contractus. 17. C. de fide instrum. verb. etiam arrharum; quam sequitur Bart. & Bald. ad d. l. 17. Paul. de Castro, in l. 2. C. quand. liceat ab empt. reced. num. 7. Bertazol. tr. de claus. claus. 31. gl. 7. n. 3. Besold. in delib. jur. lib. 18. quest. 6. vers. indeq; colligunt. Welsemb. π. ff. tit. de contrah. empt. n. 9. & Bachov. in not. ibid. Gothof. ad l. 3. C. de act. empt. Gabriel. Mudæus, ad l. 35. pr. ff. de contrah. empt.

X I.

Fundamenta, quibus prædicti Dd. nituntur, sunt, primo d. l. contractus. 17. C. de fid. Instr. ubi aliis contractibus etiam Arrhæ datio annumeratur. Secundo addit Sichardus hanc rationem: *quia, inquit, cum datio arrharum non efficiat, ut diximus, quin res semper sit integra, h. e. partes possint resilire. Ergo apparet, illam dationem non esse perfectionem contractus, sed esse quid diversum à contractu, & ideo per se esse contractum.* ad d. l. contractus. §. illud num. 2. Aliam rationem substituit Hunn. ad Treutl. disput. de empt. & vend. thes. 8. lit. B. quest. 52. dicens: *Mihi itaque verior haec ratio esse videtur, quod arrharum datio consensum ac con-*

ven-